Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8217
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Quapp Constantinus ab Alexandro Epo Alexandriae roga-
tus, vt iuberet conuenire omnem Ecclesiae Epos qui de
Arrij doctrina cognoscerent, aliasq; Ecclesiarum controuer-
sias e medio tollerent, indixit Niceae publicum con-
cilium anno scilicet 328. Ad quod ex omnibus mundi
regionibus conuenere multi eruditi, sed praecipue 318
quos Imp. pio honore & liberalitate affecit. Itaq; di-
iussi de Arrij malis nouis dogmatibus cognoscere,
condemnato Arrianismo inter composita negotia uisum
est omnibus, vt toto Christianismo sacrum Christi pascha
uno die concorditer celebraretur, nq; ja dnica q; p-
xime seqr plenilunium ab aequinoctio uerno ne
scilicet uideamur in ipso plenilunio, una cum Judaeis
nostrum Christi pascha agere.
Vt ergo ubiq; constaret quo die esset perpetuum aequi-
noctium solare, placuit Epi de ea quaestione sequi
Calendarium Julij Caesaris, qui peritissimorum Astro-
nomorum usus consilio anno 45. ante natalem
Dni ordinauit annum, secundum Solis cursum, debe-
re determinari ꝓ dies 365 & horis 6. atq;
ideo in quartum quemq; annum, unum diem cum
reliquas 6. horas debere intercalari, eoq; modo a
Caesare restitutum est Romanis Calendarium annale.
Sed quia consilium comperiebat, etiamsi illa consu-
ra Julij esset satis exacta, tamen iam inde ab Im-
perio Caesaris, diligenti Astronomorum obseruatione